



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Petri De Dusburg, Ordinis Teutonici Sacerdotis, Chronicon  
Prussiae**

**Petrus <de Dusburg>**

**Francofurti ; Lipsiae ; Regiom. Pruss., 1679**

Cap. CCCXXII. De Combustione castris Bisene.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11850**

Lethoviam (\*) deputati ad custodiam castri Bisene debebant recedere, & alii supervenire, quos ipse & sui complices omnes occiderunt, præter V. qui rejectis armis fugæ præsidio evaserunt.

(\*) Desunt quedam. Suppleri forsan lacuna posset, si addantur: *iverunt. Tunc.*

CAP. CCCXXII.

*De*

*Combustione castri Bisene.*

Eodem anno in die B. Ambrosii frater Th. de Aldenburg, & frater Fridericus Quitz, & quidam alius frater, cum tribus armigeris de Raganita iverunt versus castrum Bisenam, illo tempore, quo quidam Lethovvini completâ hebdomadâ vicis suæ de custodia dicti castri debebant recedere, & ex eis sex occiderunt: Alii sex dum viderent duos armigeros, quos ad custodiam deputaverant, rejectis armis affugerunt. Post hæc fratres cum armigeris suis, inveniētes dictum castrum vacuum, funditus combusserunt, & sic remansit hoc castrum desolatum usque in præsentem diem.

CAP. CCCXXIII.

*De*

*Combustione duarum villarum.*

Eodem anno in æstate frater Hugo Advocatus Sambienfis de mandato Marschalci cum octingentis viris equitavit versus territorium Medenikam, & ordinatis insidiis in loco competenti, fratres de Raganita cum suis intraverunt illud, & combustis duabus villis occisisque viris & captis mulieribus & parvulis, celeriter recesserunt, quos CC. Lethovvini hostiliter sequebantur.

Ccc

Sed